Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ , sempiternæ que Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angelis atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

to, Padre omnipotente, Dios eterno. Que con tu unigénito Hijo, y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, un solo Señor; no en la unidad de una sola persona, sino en la Trinidad de un sola substancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. Confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la Majestad. La que alaban Angeles y Arcángeles, Querubines y Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

*Regrese al Sanctus, en el ordinario*

### ❈ Comunión: Juan 6, 57 ❈

Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, in me manet et ego in eo, dicit Dóminus.

El que come mi Carne y bebe mi Sangre, mora en Mí, y Yo en él, dícelo el Señor.

### ❈ Poscomunión ❈

Qui nobis, quǽsumus, Dómine, commúnio sacraménti, et purificatiónem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dóminum...

Suplicámoste, Señor, que la recepción de tu Sacramento nos limpie de nuestros pecados, y nos una a Ti. Por nuestro Señor...

Una Voce México
Correo electrónico: info@unavocemx.org
Sitio web: www.unavocemx.org



# Propio de la Misa

## Domingo noveno después de Pentecostés

*Cortesía de Una Voce México*



*No dejarán en ti piedra sobre piedra*

### ❈ Introito: Salmo 53, 6-7 ❈

Ecce ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine. *Ps. 47, 2.* Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua líbera me. ℣. Glória Patri...

Dios viene ya en mi ayuda, y el Señor es el sostén de mi vida; haz recaer los males sobre mis enemigos y extermínalos con tu verdad, oh Señor y protector mío. *Salmo 47, 2.* Sálvame, oh Dios, por tu nombre y líbrame con tu poder. ℣. Gloria al Padre...

*Regrese al Kyrie, en el ordinario*

### ❈ Oración o Colecta ❈

Páteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas; fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum...

Ábranse, Señor, los oídos de tu misericordia a las súplicas de los que te imploran; y para que les concedas lo que desean, haz que pidan lo que te es grato conceder. Por nuestro Señor...

*El sacerdote continúa con la Epístola hasta el Evangelio*

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

**❈ Epístola: 1 Corintios 10, 6-13 ❈**

FRATRES: Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idolólatræ efficiámini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria míllia. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre. Hæc au tem ómnia in figúra contingébant illis: scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos fines sæculórum devenérunt. Itaque qui se exístimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehéndat, nisi humána: fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potéstis, sed fáciet étiam cum tentatióne provéntum, ut possítis sustinére.

HERMANOS: No deseéis cosas malas, como las desearon los Hebreos en el desierto. Ni adoréis los ídolos, como algunos de ellos, según está escrito: «Sentóse el pueblo a comer y a beber, y luego se levantaron a retozar». Ni forniquemos como algunos de ellos fornicaron, y murieron 23.000 en un día. Ni tentemos a Cristo, como hicieron algunos de ellos, y perecieron mordidos de las serpientes. Ni murmuréis, como algunos de ellos murmuraron, y fueron muertos por el Angel exterminador. Todas estas cosas que les acontecían eran figuras de lo venidero, y están escritas para escarmiento de nosotros, que hemos venido al fin de los siglos. Y así, el que piensa estar firme, cuide que no caiga. Que no os vengan sino tentaciones humanas fácilmente superables; pero fiel es Dios, que no permitirá seáis tentados sobre vuestras fuerzas, antes hará que saquéis provecho de la misma tentación, para que podáis perseverar en el bien.

℟. **Deo grátias.**

**❈ Gradual: Salmo 8, 2 ❈**

DÓMINE Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! ℣. Quóniam eleváta est magnificéntia tua super cælos.

SEÑOR, Señor nuestro; ¡cuán admirable es tu nombre en toda la tierra! ℣. Pues tu magnificencia rebasa la altura de los cielos.

**Allelúia**, allelúia. ℣. *Ps. 58, 2.* Eripe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me. Allelúia.

**Aleluya**, aleluya. ℣. *Salmo 58, 2.* Líbrame, Dios mío, de mis enemigos; líbrame de los que se levantan contra mí. Aleluya.

✠ *Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam:*

℟. **Gloria tibi, Dómine.**

**❈ Evangelio: Lucas 19, 41-47 ❈**

IN ILLO TÉMPORE: Cum appropinquáret Iesus Ierúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens: Quia Si cognovísses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Quia vénient dies in te: et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te: et coangustábunt te úndique: et ad terram prosternénent te, et fílios tuos, qui in te sunt, et non relínquent in te lápidem super lápidem: eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. Et ingréssus in templum, cœpit eiícere vendéntes in illo et eméntes, dicens illis : Scriptum est: Quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat docens quotídie in templo.

EN AQUEL TIEMPO: Al llegar Jesús cerca de Jerusalén, mirando la ciudad, lloró sobre ella, diciendo: ¡Ah! ¡Si conocieses también tú, por lo menos en este día que se te ha dado para tu paz! Mas ¡ahora está todo oculto a tus ojos! Porque vendrán días sobre ti, en que tus enemigos te circunvalarán, y te rodearán, y te estrecharán por todas partes, y te arrasarán con tus hijos dentro de ti, y no dejarán en ti piedra sobre piedra; por no haber conocido el tiempo en que Dios te ha visitado. Y habiendo entrado en el Templo, comenzó a echar fuera a los que vendían y compraban en él, diciéndoles: Escrito está: ¡Mi casa es casa de oración; y vosotros la tenéis convertida en cueva de ladrones! Y enseñaba todos los días en el Templo.

℟. **Laus tibi, Christe.**

*Regrese al Credo, en el ordinario*

**❈ Ofertorio: Salmo 18, 9, 10, 11 y 12 ❈**

IUSTÍTIÆ Dómini rectæ, lætificántes corda, et iudícia eius dulcióra super mel et favum: nam et servus tuus custódit ea.

LOS juicios del Señor son rectos, y alegran los corazones; son más dulces que la miel y el panal; por eso tu siervo los guarda.

**❈ Secreta ❈**

CONCÉDE nobis, quǽsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria: quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Dóminum...

SEÑOR, te pedimos nos concedas el que frecuentemos dignamente estos misterios; pues cuantas veces se celebra este sacrificio, otras tantas se renueva la obra de nuestra Redención. Por nuestro Señor...

*Continúe la lectura con el Prefacio al reverso*

**❈ Prefacio de la Santísima Trinidad ❈**

VERE dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor san-